



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. II. Der Schweden Declaration über das Postulatum de commutatione Ratihabitionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1648. Die Stände erboten sich zwar, ihre eingegebene Schrift dem Chur-Maynzischen Direc- 1648.
Dec. torio zu insinuiren, und ad consultandum zu bescheiden, vernähmen jedoch gang
Dec. ungerne des Königmarch's Anzug, sintemahl dieser Crayß mit seinem zugeschriebenen
Contingent an baarem Gelde parat wäre, wie durch die reallumirte Anlage ihnen solte
repräsentiret werden.

N. II.

Dict. Monaster. d. 22. Dec. A. 1648.
per Mogunt.

*Legationis Suedicæ Declaratio super postulato de commutatione
Ratihabitionum.*

Quandoquidem tempus, intra quod solennia Ratihabitionum Instru-
menta in locis Tractatum præsentarentur, jam effluxit, & tam Imperatoris,
quam Electorum, Principum & Statuum Plenipotentiarum aliquoties quam
instantissime apud Regnorum Fæderatorum Legationes urserunt recipro-
cam dictorum Instrumentorum commutationem; Ideo Plenipotentiarum
Suecici hoc ipso scripto profitentur, se vel hodie paratos & promptos esse ad
talem commutationem, modo prius edoceantur, posita esse omnia & singula,
quæ vigore dictorum pactorum ante extraditionem Ratificationum præstari
debent. Et licet ipsum Pacis Instrumentum & Ordo Executionis expresse
contineant & ostendant, quænam plenariam Instrumentorum commutatio-
nem præcedere debeant, placuit tamen, hic annexere præcipua eorum ca-
pita, qualia sunt:

- 1.) Restitutio eorum omnium, quæ ex capite Amnestiæ & Gravami-
num restitui debent. Intellectum quidem est, eorum aliqua post promulga-
tionem Cæsareanorum Edictorum esse restituta, verum multo plura adhuc
hæere eaque a restituendis vel plane declinari, prout quidam hic questi sunt,
& Charta sub A. aliquot nondum Restitutorum desideria & interesse in-
dicat &c.
- 2.) Diploma Cessionis Brandenburgicæ quoad Pomeraniam.
- 3.) Capitulatio Osnabrugensis.
- 4.) Attestatum Erfortienſe sub Lit. B. & Mindanum.
- 5.) Liberatio captivorum.
- 6.) Comportatio & repræsentatio pecuniæ, quæ in numerato pro pri-
mo termino solvi debet.
- 7.) Conventio de residuo primi termini per Assignationes solvendo.
- 8.) Conventio inter Duces, tam Cæsaris, quam Regnorum Fæderato-
rumque utriusque partis, de ordine & modo.
 1. Exauctorandi militem &
 2. Restituendi loca.
- 9.) Ratificationes Dominorum Statuum & cumprimis Domini Electo-
ris Colonienſis, utpote qui nomine Collegii Electoralis ad hunc Conventum
fuit deputatus & arma in super gessit.

Quibus annunciari debent particularia.

1648. Dec. 10.) Desideria Illustrissimi Domini Legati Gallici peculiari scripto comprehensa; ut & 1648. Dec.

ii.) Duo Postulata Hassiaca, utpote 1.) necessitas nominandi & assignandi eventuales hypothecas pro Domo Hasso-Cassellana in casum non soluta summæ 600000. Thal. Imperialium illi vi pactorum debita, quandoquidem Instrumentum Pacis continet Art. XV. §. *Sin autem &c.* ante Ratificationem, Domina Landgravia ejusque filio certas quasdam eventuales hypothecas in majorem securitatem, si intra terminum novem Mensium integra Summa 600000. Thal. Imperialium non dependatur, constituendas & assignandas esse. 2.) Ut Domini Plenipotentiarum tam Cæsarei quam Electorum, Principum & Statuum, scripto caveant, summam 100000. Thal. Imperialium, quam Domina Landgravia Militi suo satisfaciendo prænumeraverit, refundendam esse Domino Landgravo ex primis Imperii Collectis, & quidem iis, quæ secundum Matriculam Imperii terræ Hasso-Cassellanae tum conferent & præstabunt.

Hæc supradicta postulata, cum non sint nova, sed è pactorum & Tractatus hujus contextu deprompta; Ideo Domini Plenipotentiarum Suedici sperant fore, ut Imperii Romani Statuum Plenipotentiarum autoritatem hic suam interponant, quo eadem juxta promissa, ante commurationem Ratihabitionum, prompte effectui mandentur, vel ostendant, quomodo manentibus ejusmodi obstaculis, omnium securitati alias prospici possit post sæpe nominatam extraditionem; Sacra Regia Majestas Sueciæ in se nihil desiderari passa, Instrumentum à Plenipotentiarum signatum approbavit, & die 18. Novembri proxime præteriti, Ratihabitione sua roboratum huc remisit, quod ipsum Legatio Regia, non modo intra fatalia termini hic accepit, sed etiam Dominis Plenipotentiarum Cæsareis legendum exhibuit, adeo quidem, ut hisce jam constet, nihil in Suecico Instrumento Ratihabitionis desiderari. Dominus Generalissimus quoque Militiæ Suecicæ nunc in eo est, ut quæ Sui Celsitudini agenda incumbunt, rite & mature expediantur.

Ut itaque omnibus proposita est pacis jam constituta plenaria executio & observatio; Ita quoque conveniens esse videtur, ut quæ illi fini tot jam annos acta, & tandem inter Plenipotentiarum publica fide hic transacta, adeoque Principalium ratificationibus nunc confirmata sunt, non præpostere, sed ordine modoque in pactis præscripto initoque, sine tergiversatione dolore uno omnium Zelo & impulsu, executioni mandentur, & deinde religiose observentur. Actum Monasterii Westphalorum die 21. Decembris it. ver. 1648.

Lit. A.

Restituendi ex Capite Amnestiæ & Gravaminum.

- 1.) Die ganze Ober- und Unter-Pfalz in libertatem Conscientiæ & exercitii Religionis.
- 2.) Pfalzgraf Leopold Ludwig, die Kirchen und anders in der Graffschaft Welden.
- 3.) Pfalz Sulzbach so wohl in Ecclesiasticis & Politicis.
- 4.) Brandenburg-Anspach die Vestung Wilsburg.
- 5.) Herzogen von Württemberg, die Graf- und Herrschaften Achalm, Stauffen, Dlabayern, Goppingen, die Herrschaft Ober-Kirch, Hohentwiel, Hohen-Alschberg, Hohen-Murach, Albeckh, Hornberg, Goppingen, die Elbster, Wehenhausen, Maulbrunn, An

1648. Anhausen, Lorch, Adelsberg, Hirschau, Blaubayern, Herprechtlingen, Alberspach, 1648.
 Dec. Königsbrunn, Herrenalb, St. Georgen, Pfullingen, Lichtenstern, samt den abgenom- Dec.
 menen Documentis.

- 6.) Herzogen von Württemberg, Mümpelgardischen Linie, im Burgundischen, Clareval und Passavant, und insgemein ihre Libertät und Immedietät.
- 7.) Die Grafen zu Nassau-Sarbrücken.
- 8.) Grafen zu Sain.
- 9.) Grafen von Dettingen.
- 10.) Grafen von Hohenlohe.
- 11.) Graf Friedrich Ludwig von Bierstein.
- 12.) Frau Gräfin von Brandenstein.
- 13.) Freyherr Paul Kedenhüller.

Die Städte.

1.) Zu Augsburg sollen den Evangelischen 9. Kirchen, Schulen, Beneficia, Stiftungen &c. restituiret, und benebens die parität in Politicis angestellet werden.

2. 3. 4.) Zu Dünckelspühl, Diebrach und Ravensberg &c. sollen unterschiedliche Neuerungen von An. 1624. an, abgeschafft und restituiret, auch die parität in Politicis angerichtet werden.

5.) Stadt Nürnberg, ihre Unterthanen in den Herrschaften Rothenberg, Hilpoltstein, Sulzbach, Heyderig und etlichen Dörtern in der Obern Pfalz, in libertatem conscientiae, item die Elisabeth Capell, die Kirch Wengen und Pochtgall, nicht weniger die in der Stadt wieder habende Jura Status, Privilegia, Immunitates, ja sogar contra pacta Conventa de facto gewaltthätig introducirt fremde und unbürgerliche, der Obrigkeit widerspenstige, gefährliche und hochschädliche Leute sind, wiederum abzuschaffen, und alles in den Stand, wo es sich ante hos motus befunden, zu richten.

6.) Regensburg.

7.) Stadt Weissenburg ihre Reichs-Pfandschafft und 24. von Herrn Land-Comenthur zu Ellingen abgenommene Unterthanen.

8.) Stadt Lindau soll restituiret werden, ihre, der Zeit vom Hauß Oesterreich besessene Reichs-Pfandschafft und damit ergriffene Dörffer, item sollen Jesuiten und Capuciner ausgeschafft, die angestellte Schule der Jesuiten, Processiones, und sehr viel andere von der Hebräerin daselbst, von Anno 1624. an, eingeführte Neuerungen abgeschafft werden.

9.) Franckenthal, Ehrenbreitstein, Hammerstein, Landsstuhl, Homburg.

10. Die Stadt Schweinsurth in die entzogene Reichs-Dörffer.

11.) Die Evangelischen in das Stift Straßburg, so viel sie davon 1624. in possessione gehabt.

12.) Ex §. Tandem omnes &c. die Exulanten des Königreichs Böhmen und Oesterreichischen Landen, so viel deren zu restituiren, in specie die Herrschafft Kieffenbach, für Herrn Graf Friedrich Ludwigs zu Löwenstein Gemahlin.

13.) Der Reichs-Freyer Adel, davon man noch das geringste nicht gehört.

Lic.

1648.
Dec.

Lit. B.

1648.
Dec.

Cum in præsentibus de Pace Universalis Tractatibus Civitas Erfurtiensis per Deputatos suos instantissime rogaverit, ut desideriorum suorum in tabulis pacificatoriis expressa fieret mentio: Indeque Illustrissimi, tam Sacrae Caesareæ, quam Suecorum Regiæ Majestatis Plenipotentiarum petitioni eatenus locum dederint, ut primis aliquot ab utraque parte conceptis Instrumenti Pacis formulis, dicta desideria inferuerint: At tandem post varias citatarum modo formularum mutationes evenerit, ut in novissimo & authentico tabularum Pacis exemplari, de ea, ejusque desiderii, nominatim & expresse nihil sit dispositum: Eaque de causa Civitas memorata vereatur, ne tacita hæc sui præteritio sibi aliquando magno sit futura præjudicio, aliudve malum post se trahat non ferendum: Ac proinde iterum atque iterum causæ suæ salubriter prospici efflagitet.

Norum sit omnibus quorum inter est, aut quomodolibet interesse potest, quod tacita hæc in Instrumento Pacis præteritio nullatenus eo facta sit animo, quasi Civitas Erfurtiensis eo ipso ab inita & firmata Pace exclusa haberi, vel libertati ejusdem pristinae in Ecclesiasticis & Politicis hætenus obtentæ, & ante exortos bellorum motus possessæ, quicquam detractum censeretur debet; sed potius Sacrae Caesareæ & Suevicæ Regiæ Majestatis ad supra memoratos Tractatus Nos Legati Plenipotentiarum per præsentis testamur, dictam civitatem nihilominus ac si in tabulis Pacis expressa ejus facta esset mentio, tam universalis Amnestiæ quam cæteris Pacis conclusæ beneficiis, horumque virtute, ante Annum 1618. unquam possessis bonis, Juribus, Privilegiis, & Commodis, gravissimam, usuram, fruituram, nec ab ullo unquam in horum possessione usu & exercitio turbandam esse. Hæcque omnia, cum in ita modo Pacis omnino sint conformia, tam firmiter, sancte, & inviolabiliter observentur, ac si de verbo ad verbum in ejusdem tabulis, sigillis transigentium corroboratis descripta forent.

In majorem eorum securitatem & firmitudinem, non solum testimoniales hæc & Caesareo & Suevico Protocollo in integro suo contextu sunt insertæ, sed & earum authenticum manibus & sigillis utriusque Partis Dominorum Plenipotentiarum munitum exemplar, Civitati Erfurtiensi fuit contraditum. Quod factum Monasterii Westphalicae.

§. XXXIV.

Die Stände
urgiren bey
Servient die
Auswech-
slung der Rati-
ficationen.

Des folgenden Tages, Sonnabends, den 23. Decembr. verfügten sich die Reichs-Deputirten zu dem Französischen Gesandten, Servient, und urgirten die Auswechslung der Ratificationen, mit Vorstellung, was vorein expediens, wegen der mangelhaft befundenen Französischen Ratification, in Vorschlag gekommen sey. Servient antwortete darauf sehr weitläufftig, und zwar 1) daß das Exordium und Finis ausgelassen wäre, da hätte er des Gesandten Wolmars eigene Hand-Brieflein, darinn dieser solche Auslassung selbst vorgeschlagen habe. Er sey aber gar wohl zufrieden, daß das Mittel

der Deposition gebraucht würde, wolte auch deshalb einen Revers von sich stellen, wie man verlange: Wegen des Tituls hätte er von denen Kayserlichen Gesandten nur ein einzig Exempel zu wissen begehret, daß die Könige von Frankreich in denen von ihnen selbst ausgefertigten Ratifications-Instrumentis den Römischen Kayser vorgelesen hätten: Biewohl er deshalb nicht viel contestationes zu machen begehrete, sondern könnte wohl in der Staats-Canzley vielleicht übersehen seyn. Er hoffte, morgen oder übermorgen ein ander Instrumentum Ratificationis zu haben, das just wäre, und solte die Com-

mu-